



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

21. An regulares possint mutare conventus de loco, v. g. non sano, vel  
imcommodo ad alium saniorum, vel condiores sine licentia Episcopi? Ex  
p. 3. t. 2. r. 1. 36.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

num. 11. vers. quia tamen pari. 1. & dicta decif. 87. parte 4. recent. ac iterum cum eisdem in Civitate Melsana anno 1642. vt patet ex litteris Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, & cum RR. PP. Praemonstratensibus hic in Urbe. Ac de-  
num cum Praesbyteris facultatis Sancti Caroli Borromei in Civitate Neapolis, vt apparat ex de-  
creto eiusdem Sacrae Congregationis sub die 16. Fe-  
bruarij 1643. Huc usque Sacra Rota. Ex quibus ap-  
paret contra Brunum; non esse verum quod hodie in constitutis Conuentibus non obseruant spatium caninarum antiquitus præscriptum, & quod peius, ait ita fuisse decimum à Sede Apostolica, quod fallum esse patet ex Decisionibus Rotæ, & De-  
clarationibus Sacrae Congregationis, ut vobis est  
supra.

16. Nota hic obiter, Peregrinum ubi supra, in Scholio, docere, Priuilegio Pij IV. concessio Societati die 13. Aprilis 1561. posse nos Clericos Regu-  
lares uti contra alios ordines, dicta tamen Societas Iesu, & cali Ordines uti non possunt contra nos: quia fundantur in negatione præiudicij; Nobis autem qui neque ex redditibus, neque mendicando viuimus, sed ex sponte oblati, & maximè a viciniis, fit præiudicium, & propterea nos non comprehen-  
dit, comprehendit tamen Mendicantes, quia pos-  
sunt à longè ultra viciniam mendicare. Nec ob-  
nosc dicitio taxativa, tantum, que est in hoc pri-  
uilegio Gregorij XIII. quia illa non obstante,  
possimus gaudere corum priuilegiis, etiam cum  
clausula communicationis prohibita, per priuile-  
gium Gregorij XIV. Congregationis Sancti Bernar-  
di Hispan. concessum, & nobis communicatum.  
Ita Peregrinus.

## RESOL. XXI.

*An Regulares possint mutare commentus de loco v.g. non  
sano, vel incommodo ad alium saniores, vel com-  
modiorem sine licentia Episcopi? Ex part. 3. tract. 2.  
Resol. 136.*

Sap. hoc in §. 1. Quid ad istam mutationem requiratur no-  
ta §. Item Ref. præteri-  
ta §. Item Ref. Sed le-  
ge cam per  
totam.

Vnde ad istam mutationem requiratur no-  
ta licentia Episcopi, docet Emanuel Ro-  
drig. in quest. Regul. tom. 1. quest. 23. art. 7. & Portel  
in dubiis Regul. verb. Monasterium, n. 5.

2. Verum notandum est, quod Sextus V. con-  
cessit Generali sancti Benedicti, quod in Capitulo Generali de consensu Capituli possit mutare Con-  
ventus de locis incommodis ad locos commodi-  
ores, non petita licentia Episcopi, cum ceteris ibi  
contentis, & id ipsum concessit Sextus IV. Minoribus. Nec priuilegii derogatur per Concilium Tri-  
dentinum, nam loquitur tantum de noua erectio-  
ne, & ædificatione domorum, non autem de muta-  
tione. Et haec omnia docent Miranda in manual.  
Pratal. tom. 1. quest. 33. art. 2. Portel ubi supra, nu-  
mer. 7. & in addit. eodem verb. numer. 3. & nouissime  
post illos Hieronymus Rodriq. in compen. quest. Re-  
gul. resol. 55. num. 4.

## RESOL. XXII.

*An Regulares possint exhumare cadavera, & in alio  
loco eiusdem Ecclesie transferre, sine licentia Epis-  
copi?*

Et an hoc intelligatur de corporibus perpetua sepul-  
tra traditis, & de translatis de una ad alias Ec-  
clesiam, & secus quando sunt deposita, seu ad tem-  
pus seruata in una, ut postea transferantur de uno  
loco ad aliud eiusdem Ecclesie, vel si corpus defun-  
cti sunt Regularibus datum, ut illud ponentem ipsi,  
vbicumque voluerint? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 120.

§. 1. Nihil otandum est, quod corpora defunctorum  
non possunt exhumari, & transferri de uno  
locu in locum sine Episcopi licentia, ut definitur in  
cap. corpora sanctorum, de consecr. diff. 1. l. si needum  
l. emo humanum, Cod. de relig. & sumpt. funer. quod  
certè intelligitur, ut recte obseruat Hieronymus Ro-  
driguez in compen. q. Regul. resol. 127. num. 21. de  
corporibus perpetua sepulchralia traditis, & de trans-  
latis de una ad alias Ecclesiam, fecus quando sunt  
deposita, seu ad tempus seruata in una, ut postea  
transferantur de uno loco ad aliud civilem Eccle-  
siæ, & ita etiam docet Villalobos in summa tom. 2.  
tract. 31. difficult. 6. n. 4. ubi sic ait. [Es licito trans-  
filar los cuerpos de los funtos, que estan depositados  
de una Iglesia a otra, o de un lugar a otro,  
en la misma Iglesia; mas no lo es quando estan per-  
fetamente sepultados, esto es, que no estan depo-  
sitados sin licencia del Obispo.] Ita ille, ubi etiam  
notat num. 5. [que Leon X. concedio que los Prela-  
dos de la orden de los frailes menores de obser-  
vancia, pueden desenterrar de sus Iglesias y Capi-  
llas los cuerpos de los defunctos, y trasladarlos a  
otras sepulturas de las mismas Iglesias, con con-  
sentimiento de los que fueren intercessores, gozan de  
priuilegio las demás ordenes, que gozan de me-  
mos priuilegios.] Sed hoc priuilegium intelligo de  
corporibus positis in aliqua Capella particulari, &  
propria secularium, vel in alio aliquo loco electo  
pro corpore defuncti à consanguineis, vel amicis,  
fecus autem si corpus defuncti fuit Regularibus da-  
tum, ut illud ponentem ipsi vbicumque voluerint,  
nam in isto calu sine villa licentia, neque Episcopi,  
neque consanguinei possunt exhumare, & ad aliud  
locum eiusdem Ecclesie transferre. Et ex his patet  
responsio ad dubitationem positam.

## RESOL. XXIII.

*An Abbates possint consecrare Calices, Altaria, Cam-  
panas, & benedicere lapides, Pixides, & alia vasa  
Ecclesiastica, non solum ad suum suarum Ecclesie-  
rum, sed etiam alienarum?*

Et notatur, quod priuilegio concessio Abbatibus quad-  
supradicta, non possunt perfici alia Religiones pri-  
uilegium etiam habentes communications. Ex p. 3.  
tr. 2. Refol. 15.

§. 1. Negatiue respondent Suarez de Relig. tom. 4.  
lib. 2. cap. 30. num. 8. Marianus Antonius  
Maceratenis lib. 2. refol. 112. cap. 3. Aloysius Riccius  
in praxi, tom. 1. refol. 46. 1. num. 2. Piaficius in praxi,  
part. 1. cap. 2. art. 4. n. 14.

2. Sed haec opinio vera est, stando in iure com-  
muni, ut patet ex cap. Abbates, iuncta glossa in ver.  
tosturam, de priuileg. in 6. Verum ex confundendis  
fundata in priuilegio Innocentij VIII. contraria-  
sentiantur docent Barbola de poest. Epis. part. 1.  
allegat. 26. numer. 36. Miranda in man. Pratal. tom. 1.  
quest. 40. art. 4. Portel in dubiis Regul. ver. Abbatis  
n. 3. Rodriq. in summa. tom. 3. cap. 19. n. 2. & nouissime  
Alcanius Tamburin. de iure Abbatis. 10. 1. diff. 2. 3. 4. 13.  
qui